in eternū duraturā et ipsos ī ihe-
rusalē mansuros se arbitrati fue-
rūt Veite inquint occidam⁹ eū et
nrā erit hēditas. et iob. xxi Ne
forte veiant romani ꝛ tollāt no
strū locū ꝛ gentē. expedit vt mo
riat᷑ hō. ꝫ eoꝝ opīo facta ē irri
ta qꝛ eo ꝙ hereditatē dei .s. terrā
iuda se hītUros crediderūt ꝑ cris
ti mortē potius ꝑdiderūt eādem
qꝛ .s. pr̄fatīlias de⁹ ꝑdidit iudeo᷑
et eos ꝑ romanos vēdidit ꝛ dis
ꝑsit vineā suā scꝫ ecclīaꝫ ā fidem
alijs agricolis .i. gētib⁹ ad fidem
cōuersis tradidit. istos vero repu
diauit et in īfidelitate dīsit Igit᷑
bn̄ cōcludit᷑ ibi Auferet᷑ a vob
regnū dei et dabit᷑ faciēti fructū
eius. Vel dic mistice ꝙ vinea
dn̄i est ecclīa in qua de⁹ a princi
pio posuit torcular .i. mēoriam
dn̄ice passiōis : turrē .i. altitudi
nē ꝯtēplacionis . sepē .i. tuicioēm
pastoralis ꝓtectionis. Ihē. ij.
Ego plantaui te vineā meā elec
tā oē semē verū q̄ agcol᷑ .i. xp̄ianis
viris ꝛ eccāsticis ip̄aꝫ colēdā tra
didit et inde fructū bonoꝝ opm
expectauit ꝑ q̄b⁹ bn̄dis seruo᷑
suos scripturam legis psalmista
rū et ꝓphetaꝝ vltīo vero filium
suū misit scꝫ doctrinam filij sui e
uāgelicam Isti em̄ sūt xp̄i serui
sp̄ūales q̄ ad vineā ecclesie mit-
tūt᷑ vt per eos fructū bonorū o
pm reportent Sed reuera isti a
gricole iā oēs istos expulerunt
et occiderunt. quia ecclīastici le-
gē ꝑ ꝓphecias et evangelia di

nā scienciā et graciā hodie q̄si pe
nitus deiecerunt. nr̄a inquint erit
hereditas qꝛ hereditateꝫ ecclesie
ac si eēt suū ꝓp̄ū patrimonium
sibi appropriāt et se nō eē agri
colas ꝫ dn̄os putāt Eze. xxxvi.
Hereditateꝫ meā dederunt sibi.
Et ideo ꝓ certo sicut iā videm⁹
dn̄os istos agcolas idest viros
ecclesiasticos diu̇simode disper-
dit et ꝓpter pccā eoꝝ vineam eo
rū ecclesie alijs agricolis .i. secu-
larib⁹ tirānis ip̄aꝫ diripiendā tra
didit Ysai. v. Auferā sepē ei⁹ ꝛ
erit in dirupcionē. Vel dic ꝙ
ista vinea est aīa cuius cultores
sūt sensus et affect⁹ qꝛ debitum
suū non faciūt nec fructū bono-
rū opm deo reddunt ꝫ seruos e
ius .i. bonas inspiraciones stran
gulant et repellūt filiū eius id ē
xp̄m et eius ḡciam in seip̄is int᷑
ficiūt Ideo finaliter isti ꝑduntur
ꝛ vinea .i. aīa ab alijs agricoli᷑
.i. vicijs ꝛ demonib⁹ occupatur
ps. Destruxisti maceriā eius et
vindemiāt eam omnes p̄tergre
dientes ꝛ exterminauit eam ap
de silua. ꝛc̄. De lapide reꝓbato
vide supra secūdo regum quīto.
in fine.

Rex q̄dam fecit filio suo
nupcias et misit seruo᷑
suos hora cene dicere in
vitatis vt veirēt quib⁹ nolentib⁹
misit alios seruos dicere. Ecce
prandiū meū paui. tauri mei et
altilia mea occisa sunt oīa para-
veite ad nupcias. Inuitati vero

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-260/0687
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG